

2828 [= 776*] in agro Uscosino (i. e. prope Guglionisi) in loco dicto *il Casalino* [i. *Casalicci* Caraba ann. 1854 p. 26] aedificii latericii non vulgaris reliquiae supersunt cum parte antiquae piscinae et aquae receptaculi tectorio obducti. Murum alicubi intersecant cuniculi plumbei. Nobiliori operis parti viam Traianam spectanti affixa fuit haec tabula marmorea non ita pridem reperta⁷ POLL. D p. a Guglionesi in via ad S. Erasmi monasterium in vinea Nicolai Pace DELLA PORTA. *In questa vigna scavandosi anni sono le fondamenta di una casina nella parte più piana e vicino alla strada si rinvennero molti ruderi di fabbrica, e frammenti di grossi vasi di terra cotta, e di più uno rotto e soldato col piombo CREMONESE.* Extat adhuc lapis Guglionisi ante ecclesiam S. Nicolai, sed inscriptio evanuit tota.

della Porta:

IMP · C · T · AELIO · HAD ·
AN · AVG · P · P · TR · P · PO · I · H · C ·
BRVTIO · PRAES · II · C ·
LACVM · PVRGATVM ·
5 O P E R I S · P A G A N O
R V M · N · O · C · X V ·

Pollidorus:

IMP · C · T · AELIO · HAD
AN · AVG · LOLLAN · G · F
BRVTIO · PRAELVM
LACVM · FVRNVM
sic P. 5 TRAPPETE · FACIEN · C ·
ET · MVRVM · N · C · XV

scribe:

IMP · C · T · AELIO · HAD p. C. 139
AN · AVG · P · O · TR · POT · II · ET · C
BRVTIO · PRAES · II · C
LACVM · PVRGATVM
5 O P E R I S · P A G A N O
R V M · N · O · C · X V

Duo exempla supersunt Angeli Antonii della Porta Guglionensis, quod a. 1856 Fr. Xav. Cremonesius misit instituto Romano, et Pollidorianum f. 444 (quod edidit neglegenter Romanelli scov. *Frent.* 1, 17, melius Corcia *storia delle due Sicilie* 1, 199). In lapide Cremonesius agnovit haec:

////ES · II · C
//VM · PV//V
//ER//P//AN//

Dresselius ait iam non cerni nisi solas duas litteras; Caraba ann. 1854 p. 26 titulum legi posse negavit. Orelli 3289.

Imp(eratore) C(aesare) T. Aelio Had(riano) Ant(tonino) Aug(usto) P(rio) tr(ibunicia) [p]o[st]t(estate) II et] C. Bruttio Praes(ente) II c(onsulibus) lacum purgatum operis [= laboribus] paganorum n(ostorum). O(pus) c(onstat) XV (milibus), scilicet sestertium. Exemplum Pollidori interpolatum esse evidenter apparet v. 3, ubi ex PRAES · II · C fecit PRAELVM; 6 explicat nov(avit) c(ubitis) XV. Portae videtur satis emendatum esse. Verba contra consuetudinem non perscripta in titulo a paganis posito non admodum offendunt.

2829 inter Guglionisi et Portocannone rep. dum via consularis sternitur; est ibidem in casa Dominici Tanasso.

OSA · SITA sic
STEPEANI · VILICI

Dressel descripsit.

2 debuit esse STEPEANI.

2830 [= 5177] Aquaevivae prope Montefalcone orientem versus, ad Collem Crucis.

DIIS · MANIB
APER · FILIVS · VIX · ANN · VII
CAESA · MATER · . . .

Galanti I, 24.

2831 Guglionisi in aedibus privatis pone ecclesiam S. Nicolai *strada Gualterio* n. 67.

N · HERIO
DEVTERC
FILEI · FECE

Recognovit Dressel. Est in vol. I n. 1272. Caraba ann. Inst. 1854 p. 26.

2832 [= 777*] rep. prope Guglionisi M p. a via Traiana Frentana, translata in id oppidum ad Dominicum Mancini POLL. Adhuc in eadem domo *strada Guiscardo* n. 62.

SABBIA · Q · L · QVARTILLA
FECIT · SIBI · ET · Q · SABB
IO · CHRESTO · PATRONO ET · SVIS
H M H N S

Recognovit Dressel. Pollidoro f. 444 (inde Romanelli scov. *Frent.* 1, 169); Caraba ann. Inst. 1854 p. 26.

2833 in tenimento di Montenero di Bisaccia, contrada Badia di Monte la teglia o S. Maria in Basilica, inter rudera antiqua repperit et in domo sua collocavit CARABA. Ibi vidit DRESSEL.

NIAM
HERCV

Recognovit Dressel. Caraba ann. Inst. 1854 p. 26.

2834 originis incertae; est Monteneri di Bisaccia in domo Carabae.

I · I
21TC

Dressel descripsit.

LXI. HISTONIVM (il Vasto d' Aimone). Tribu Arnensi.

Histonii nomen solum recensent locorum descriptores Mela 2, 4, 65 inter Frentanos, inter Frentanos maritimos Plinius 3, 12, 106 et Ptolemaeus 3, 1, 18, item itineraria (v. p. 204 n. VI). In indice coloniarum quod legitur p. 260 inter civitates Samnii *Istoniis colonia: ager eius per centurias et scamna est assignatus: finitur sicut ager Bovianus, refutant tituli, in quibus municipium dicitur* (n. 2853. 2855. 2860). Nominantur item *urbani* (n. 2855 cf. n. 2835). Magistratus inveniuntur *quattuorviri iure dicundo* (n. 2855 cf. 2850. 2853. 2856. 2859) vel *quinquennales* (n. 2855 cf. n. 2850). *Aediles* sunt n. 2854—2856. 2859, *quaestor* n. 2855. *Flamines* reperiuntur *divi Vespasiani* n. 2855 et fortasse *divi Hadriani* n. 2853. Praeterea adsunt *sexviri Augustales* (n. 2835), *magistri Larum Augustalium* (n. 2835), *magistri Cerialium*

(n. 2857) vel *Cerialium urbanorum* (n. 2835). — Tribus Histonensium est Arnensis.

Inserui Histonensibus repertos in ora inter ostia Trinii et Sagri fluviorum in vicis S. Salvo, Cupello, Monte Odorisio, Scerni, Paglieta, item prope Fresam vicum mediterraneum magis, quoniam inde prodiit titulus n. 2858 decurionis Histonensium.

Auctores in Histonensibus habuimus hos.

I. Duo tituli primarii Histonenses n. 2845. 2860 adsunt in syllogis saec. XV omnibus fere inde a MARCANOVA. Quem addidit IVCVNDVS n. 276*, inter suspectos ablegavi.

II. PANVINIVS eosdem duos et alios tres n. 2855. 2876. 2903 syllogae suae inseruit acceptos a nescio quo viro erudito scriptosque manu